



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

85. Princeps an manum injicere possit aut rationem exigere coram
ordinario à suo œconomo qui exemptus est.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

Quam sententiam Peckius *d. ampliat.* 7. tacite videtur amplecti, dum postremo eam recensuit, quippe cum Doctores plures referunt opiniones eam amplecti censentur quam ultimo referunt, licet hoc aperte non profiteantur *Fel. c. 1. nu. 5. v. 1. 4. nota. de constit. glo. l. qui situm ff. ad Trebel. Rom. cons. 13. Bald. c. 1. an apud iudicem vel Dominum Caroc. sing. 3. 6.* Quæ opinio Barbatij, etiam si vera esset, non procederet in ea specie exemptorum, quæ neque passivè neque activè alterius iurisdictionem prorogare possunt, de quibus abunde supra *lib. 2. quest. 5* qui exemptione gaudere clerum secundarium dicecensis Leodiensis ibidem tradimus.

QVÆSTIO LXXXIV.

Exemptiones universales, an motu proprio, an ad postulationem concessæ præsumantur.

Privilegia præsumi ad postulationem partium concessæ regulariter traduntur est. *DD. ca. si motu proprio de præbend. in 6. l. 1. C. de petit. honorum sublati lib. 10.* quæ regula restringitur in exemptionibus universaliter concessis, quemadmodum libro secundo *q. 19. n. 5. in fin.* notavimus, eæ enim motu proprio, sicut & cum fit mentio meritorum, concessæ esse præsumuntur *Rebuff. de privileg. scholar. privileg. 178.* quod confert ad multa, sunt enim multæ inter privilegia motu proprio & ad postulationem partium differentia, de quibus post *Rebuffum d. privileg. 178.* affatim per *DD.*

QVÆSTIO LXXXV.

Princeps an manum injicere possit, seu rationem exigere coram ordinario ab Oeconomo suo qui exemptus est.

SUMMARIUM.

- | | |
|---|---|
| 1. Princeps iudex est suorum subditorum. | delinquentes, |
| 2. Generali dispositione Papa non comprehenduntur exempti. | 4. Clerici ratione administrationis subijciuntur Principi. |
| 3. In causis feudatibus Princeps est iudex suorum subditorum. | 5. Diverso iure quis censeri non debet. |
| Laicus punit clericos in officio coram se | 6. Princeps si impleret brachium seculare an parere debeat. |

Pro affirmativa est, quod Princeps cum actotis partes sustinet, iudex sit suorum subditorum, nisi icto fœdere seu privilegio aliter statutum sit.

Fel.

vel. cum venissent num. 5. & Abb. cap. novit. num. 6. de iudicijs late Restaur. de imper. num. 4. & num. fin. Deinde, quod sub reservatione aut generali dispositione Papæ non comprehenduntur Principes cap. fin. ubi DD. de off. deleg. in 6. cap. ne aliqui de privileg. in 6. Reg. Cancell. Innocentij octavi ubi Gomes. & Iulij 2. parte 9. Spec. de rescript. S. ratione autem causa num. 5. non enim si ea solet extensio ad maiora expressis cap. Sedes Apostolica ubi Compost. & DD. de rescript. dixi supra lib. 2. q. 2. nu. 11. Et ea quæ specialia nota digna sunt, nisi specialiter exprimentur censentur omnia l. item apud la. bonem §. editum ff. de injurijs Compost. ca. Rodolphus de rescript. Videmusque clericos ratione administrationis rerum secularium coram iudice laico conveniri posse Pontificis de iurisd. temp. sup. person. Eccles. arest. 6. Maynard. not. ab. quest. lib. 2. cap. 1. nu. 3. num. 1.

Præterea Princeps in causis feudalibus iudex est clericorum, qui alioquin divino iure excepti sunt. DD. cap. extranmissa cap. verum de foro compet. ceterorum de iudicijs Aufer. de potestat. seculari super Eccles. Reg. 2. limit. 1. nu. 2. & seqq. Gaill lib. 1. obs. 30. num. 5. & seqq. Ergo, ab identitate rationis idem hoc in casu iudicandum, cum vassalli & exempti iudicentur a parisi dixi lib. 1. qu. 45. nu. 5. Equiparatorum enim idem est iudicium, eademque iuris dispositio dixi lib. 4. quest. 5. numer. 4. Praeses in locis legalibus loco a parisi. Postremo, secularis iudex punire potest clericos exemptos in officio, quod ab eis habent, delinquentes Aufer. de potestat. secula. super Eccles. reg. 1. limit. 2. v. supra lib. 2. qu. 45. nu. 17. & 107. Ergo, & œconomum qui deliquit in sua œconomia, potissimum attenda hæc exemptionum materia, quæ est iuris odiosissimi, & restringenda, ac contra quam in dubio semper est iudicandum, veluti superius satis traditum est lib. 1. qu. 4. per tot. & ita in Capellanis ducis Burgundie Innocent. 3. rescriptis comperimus cap. cum capella duci Burgundie de privilegijs quod Bartholus eodem sensu alibi quoque explicavit l. beneficium num. 5. ff. de constitut. At veto negativam probare videtur Bertachinus tract. de Episcopo lib. 4. part. 1. numer. 21.

Clerici enim ratione administrationis & œconomiz quam sub Principe gesserunt, ab eo puniri aut inquietari coram iudice non suo non possunt gloss. & DD. ca. dilectus de appellat. Bertachinus d. nu. 21. ergo ab Analogia, nec exempti d. qu. 45. num. 5. quippe quod ipsi magis Papæ subiciuntur, quam clerici, aut alij suis iudicibus dixi supra lib. 1. quest. 5. num. 2. & lib. 4. quest. 27. m. 2. Si id autem de quo minus inesse videtur inest, & id de quo magis, Praeses loco à minori. Accedit quod respectiva illa qualitas per quam uti œconomus alteri subicitur (de quo abunde præses in locis legalibus loco A tanquam) locum sibi non vendicat in exemptionibus personalibus DD. d. cap. cum capella, dictum est supra lib. 2. quest. 45. numer. 1. & seqq. ne quis diverso iure censetur l. cum quis ades ff. de usu. cap. Rochus tract. de consuet. numer. 207. Id quod in exemptionibus Cleri secundarij diocesis Leodiensis Italiana constitutione

tutione supra probavimus lib. d. quest. 45. num. 117. Utrum autem si princeps contra exemptum imploret brachium saeculare, pareri debeat, supra lucinctum notavimus eod. lib. quest. 82.

QV AESTIO LXXXVI.

Ecclesiarum appellatione, an monasteria comprehendantur.

Non comprehendi testatur & probat collectarius in cap. quid per novalem, n. 7. cum add. de verb. signif. per not. in cap. 2. de supplend. negl. prelat. Ar. bid. cap. 2. de Bi. gamu. 10. And. cap. clericis de immunit. Eccles. Id quod verum est in materia odiosa, qualis est subiecta, uti abunde alibi probatum est lib. 1. quest. 4. per tot. At verò in favorabilibus, secus est, Hugo dissertus in add. ad collect. d. n. 77. Abb. c. 2. n. 1. cum add. de consuet. 10. And. c. 2. ubi DD. de rest. in integ. in 6. Card. Clem. 2. q. 3. de iudic. qua de re nesim fusior, videatur Abbas d. n. 1.

QV AESTIO LXXXVII.

Utrum in re modica impetrari possit à Pontifice rescriptum contra exemptum.

SUMMARIUM.

- 1. Minima & maxima causa equiparantur non debent.
- 2. Excommunicari quis potest pro summa modica. 9. Circuitus evitandus.
- 3. Rescriptorum definitio. 10. Expensa profusa non sunt restituenda.
- 4. Actoris est eligere iudicem rei quem vult. 11. Frustra fit per plura quod potest fieri per pauciora.
- 5. Modica summa que fit. 12. Rescripta ad lites surreptitia ope excipiuntur et idem.
- 6. Recurrendum non est ad superiorem si plus expendendum esset quam valeat causa. 13. Ipso iure nulla sunt si calliditate & astutia verborum impetrentur.
- 7. Impensa faciendâ non est quam res non patitur. 14. Damnum proximi impediendum.
- 8. Minimis in causis maiores adiri iudices. 15. Expensa delicata non sunt reddenda.
- 16. Necessarium triplex est.

Exor-